

苦難週星期五

紫色

由於政治的理論，深恐與羅馬人衝突，造成猶太民族的喪亡，蓋法迫使會議法庭，判定耶穌死罪（福音）。然而這個大司祭，當他本人也未曾想到之時，竟預言了耶穌將為眾人而死。實在，耶穌真該為救眾人而死，使眾人都成為天主的子女，團聚各地各族的民眾成為他唯一的百姓即所謂教會。

註 書信：耶肋米亞先知象徵受迫害的基督，在他身上他報導了基督的受難。但耶肋米亞是舊約的人，本諸「以牙還牙」的精神，呼籲降罰於他的迫害者。至於基督在十字架上，卻為祂的劊子手呼求天主的寬宥；現今聖教會以不斷被人迫害，結合她受苦的元首，並為她的迫害者祈禱。

詠 30 : 10 , 16 , 18 , 2

Miserere mihi, Dómine, quóniam tríbulo: líbera me, et éripe me de mánibus inimicórum meórum et a persecuéntibus me: Dómine, non confúndar, quóniam invocávi te. In te, Dómine, sperávi, non confúndar in ætérnum: in iustítia tua libera me.

Córdibus nostris, quæsumus, Dómine, grátiam tuam benígnus infúnde: ut peccáta nostra castigatióne voluntária cohibéntes, temporáliter pótius macerémur, quam supplíciis deputémur ætérnis. Per Dóminum nostrum.

Deus, in cuius passióne, secúndum Simeónis prophetíam, dulcíssimam ánimam gloriósæ Vírginis et Matris Mariæ dolóris gladius pertransívit: concéde propítius; ut, qui transfixiónem eius et passiónem

進臺詠

上主，求祢可憐我，因為我陷入困苦狀況；求祢救我脫離我的敵手，擺脫一切迫害我的仇讎。上主，因為我呼號了祢，求祢莫讓我蒙羞。上主，我投靠祢，總不會受辱，求祢憑祢的公義將我救出。上主，求祢可憐我……。

集禱經

主，求祢慨發慈惠，傾注祢的聖寵於我們的心中；切望我們以自動的懲治，阻遏着罪惡，寧願受此生克身的暫苦，而免遭永遠的絕罰。因我們主……。

紀念聖母七苦集禱經

天主，當祢受難時，依照西默盎的預言，有一把苦劍刺透了榮福童貞聖母瑪利亞至甘飴的心靈；求祢惠賜我們：凡敬憶她的刺心和痛苦的，能藉着那些忠勇侍立

venerándo recólimus, gloriósis méritis et précibus ómnium Sanctórum Cruci fidéliter astántium intercedéntibus, passiónis tuæ efféctum felícem consequámur: Qui vivis et regnas.

耶 17 : 13 – 18

In diébus illis: Dixit Ieremías: Dómine, omnes, qui te derelínquunt, confundéntur: recedéntes a te in terra scribéntur: quóniam dereliquérunt venam aquárum vivéntium Dóminum. Sana me. Dómine, et sanábor: salvum me fac, et salvus ero: quóniam laus mea tu es. Ecce, ipsi dicunt ad me: Ubi est verbum Dómini? Véniat. Et ego non sum turbátus, te pastórem sequens: et diem hóminis non desiderávi, tu scis. Quod egréssum est de lábiis meis, rectum in conspéctu tuo fuit. Non sis tu mihi formídini, spes mea tu in die afflictiónis. Confundántur, qui me persecuúntur, et non confúndar ego: páveant illi, et non páveam ego. Induc super eos diem afflictiónis, et dúplici contritióne cóntere eos, Dómine, Deus noster.

詠 34 : 20 , 22

Dómine, non secúndum peccáta nostra, quæ fécimus nos: neque secúndum iniquitátes nostras retribuas nobis.

詠 102 : 10 ; 詠 78 : 8 – 9

Dómine, ne memíneris iniquitátum nostrárum antiquárum: cito antícipent nos misericórdiæ tuæ, quia páuperes

十字架傍諸聖的光榮功德和祈求，獲得祢受難的福果。祢和天主父及聖神……。

書信

那時，耶肋米亞說：「上主，凡離棄祢的，必要蒙羞；上主，凡遠離祢的，必被記錄在地上，因為他們離棄了活水的泉源。上主，求祢醫治我，我必能痊愈；祢拯救我，我必能獲救，因為祢是我的榮耀。看啊，世人對我說：上主的話在那裡？讓它來罷！至於我，我沒有強迫祢加害，也沒有願望災禍的日子；祢知道：凡出自我口的，都先向祢面陳過。請祢不要成為我的恐怖，祢原是我患難之日的避難所。願迫害我的人蒙羞，而不是我蒙羞；願他們驚慌，而不是我驚慌；請祢給他們招來災禍的日子，以雙倍的毀滅，消滅他們。」

臺階詠

我的仇敵從不談論和平，捏造謊言欺壓地上良民。上主祢看見了，不要緘口不言，上主，求祢千萬不要離我太遠。

連唱詠

主啊！求祢不要按我們所犯的罪惡，對待我們；求祢不要按我們的過犯、報應我們。主啊！求祢

facti sumus nimis. (*Hic genuflectitur.*) Adiuva nos, Deus, salutáris noster: et propter glóriam nóminis tui, Dómine, libera nos: et propítius esto peccátis nostris, propter nomen tuum.

若 11 : 47 – 54

In illo témpore: Collegérunt pontífices et pharisæi concílium advérsus Iesum, et dicébant: Quid fácimus, quia hic homo multa signa facit? Si dimíttimus eum sic, omnes credent in eum: et vénient Románi, et tollent nostrum locum et gentem. Unus autem ex ipsis, Cáiphas nómine, cum esset pónlífex anni illíus, dixit eis: Vos nescítis quidquam, nec cogitátis, quia éxpedit vobis, ut unus moriátur homo pro pópulo, et non tota gens péreat. Hoc autem a semetípso non dixit: sed cum esset pónlífex anni illíus, prophetávit, quod Iesus moritúrus erat pro gente, et non tantum pro gente, sed ut fílios Dei, qui erant dispérsi, congregáret in unum. Ab illo ergo die cogitavérunt, ut interficerent eum. Iesus ergo iam non in palam ambulábat apud Iudæos: sed ábiit in regiónem iuxta desértum, in civitátem, quæ dícitur Ephrem, et ibi morabátur cum discípulis suis.

詠 118 : 12 , 121 , 42

Benedíctus es, Dómine, doce me iustificatiónes tuas: et non tradas calumniántibus me supérbis: et respondébo exprobrántibus mihi verbum.

不要追念我們已往的過犯，而懲罰我們；願祢的慈悲、速來救濟我們，因為我們太荏弱了。（*此時跪下*）天主啊！我們的救援啊！因祢聖名的榮耀、救助我們。因祢的聖名、解救我們，饒恕我們的罪惡。

福音

那時候，司祭長和法利塞人召集了會議，說：「這人行瞭許多奇跡，我們怎麼辦呢？如果讓祂這樣，眾人都會信從祂，羅馬人必要來，連我們的聖殿和民族都要除掉。」他們中有一個名叫蓋法的，正是那一年的大司祭，對他們說：「你們什麼都不懂，也不想：叫一個人替百姓死，以免全民族滅亡：這為你們多麼有利。」這話不是由他自己說出的，只因他是那年的大司祭，纔預言瞭耶穌將為民族而死；不但為猶太民族，而且也是為使那四散的天主的兒女都聚集歸一。從那一天起，他們就議決要殺害耶穌。因此，耶穌不再公開地在猶太人中往來，卻從那裡往臨近荒野的地方去，來到一座名叫厄弗辣因的城，在那裡和他的門徒住下了。

奉獻詠

上主，祢理應受讚頌，教訓我守祢的誡命。別把我交於壓迫我的壞人。對凌辱我的人，我有所答辯。

密禱經

Præsta nobis, miséricors Deus: ut digne tuis servíre semper altáribus mereámur; et eórum perpétua participatióne salvári. Per Dóminum nostrum.

Offérimus tibi preces et hóstias, Dómine Iesu Christe, humíliter supplicántes: ut, qui Transfixiónem dulcíssimi spíritus beátæ Maríæ, Matris tuæ, précibus recensémus; suo suorúmque sub Cruce Sanctórum consórtium multiplicáto piíssimo intervéntu, méritis mortis tuæ, méritum cum beátis habeámus: Qui vivis et regnas.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui salútem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut, unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et, qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítte iúbeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicéntes:

詠 26 : 12

仁慈的天主，求祢恩賜我們常能相稱地盡行祢祭臺的職務，並得因着常常參與在此所舉行的奧蹟，獲得救恩。因我們主……。

紀念聖母七苦密禱經

主、耶穌基督，我們將我們的祈禱與祭獻，謙恭呈奉於祢。我們今日在祈禱中，敬憶祢母親榮福瑪利亞至甘飴心靈所受刺透的痛苦，向祢懇切呼求：望她至慈的代禱，以及偕她倚立十字架下諸聖的倍增轉達，使我們能偕同在天諸聖，共沐祢受難所掙下的酬報。祢和天主父……。

十字架頌謝詞

主、至聖的父、全能永生的天主，我們時時處處頌謝你，實是正義而必須的，屬於我們天職的，也屬我們的得救。祢藉著我們主基督，將人類的獲救建成於十字架的聖木上：死亡既由木而發生，生命也須由木而恢復，為使憑那菓木而獲勝的（魔鬼），也由此聖木而慘敗。藉著祂（基督），對於祢的尊威、諸天使予以讚美，宰制者予以欽崇，掌權者予以敬畏，諸天萬軍和普天的異能者以及有福的熾愛者，相與歡欣而予以祝賀。求祢恩准我們的禱聲，也同他們的歌韻合成一起，共發虔恭的頌讚：

領主詠

Ne tradíderis me, Dómine, in animas
persequéntium me: quóniam
insurrexérunt in me testes iníqui, et
mentíta est iníquitas sibi.

Sumpti sacrificii, Dómine, perpetua
nos tuítio non derelínquat: et nóxia
semper a nobis cuncta depéllat. Per
Dóminum nostrum.

Sacrificia, quæ sumpsimus, Dómine
Iesu Christe, Transfixiónem Matris
tuæ et Vírginis devóte celebrántes:
nobis ímpetrent apud cleméntiam
tuam omnis boni salutáris efféctum:
Qui vivis et regnas

Concéde, quæsumus, omnípotens
Deus: ut, qui protectiónis tuæ grátiam
quærimus, liberáti a malis ómnibus,
secúra tibi mente serviámus. Per
Dóminum nostrum.

主啊！求祢不要將我交於仇人的
私欲，因為殘暴的假見證來向我
攻擊。

領主後經

主，祈望我們所領的聖事，常作
我們的保障，並常驅逐一切的危
害遠離我們。因我們主……。

紀念七苦聖母領主後經

主、耶穌基督，我們熱誠慶祝着
祢童貞之母所受刺透的痛苦，領
受了祢的聖事；望此聖事給我們
由於祢的仁慈，取得獲救的一切
恩寵。祢和天主父……。

為教民誦

全能的天主，我們現在正向祢呼
求祢保佑的恩惠；望祢使我們脫
冤一切的凶惡，以便安心事奉祢。
因我們主……。